Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35511
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

tenebat primu hominem. Hodie portas mortis et seras pariter saluator nr dirupit. ℣. Ante cuius conspectu mors fugit, ad cuius vocem mortui resurgunt, videntes autem eum, porte mortis confracte sunt. Hodie. ℣. In pace factus est locus eius. Et habitacio eius in syon.

Peracta sepultura dicat vespere

Confitebor tibi Psalmus.

Domine in toto corde meo, quoniam audisti verba oris mei. In conspectu angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo. Super misericordia tua et veritate tua, quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum. In quacumque die inuocauero te exaudi me, multiplicabis in anima mea virtutem. Confiteant tibi domine omnes